

De pediculis necandis & profligandis.

OBSERVAT.

Si in capite.

Quidam Nobil. Scholaris Styros
in convictu Ulm. totum caput
habens pediculis confertum, aliis in
cassum adhibitis, sequentibus à me
ordinatis (ut & alii) unicā nocte, à
vermibus ilis Syllanis, liber evasit,

Circa vesperam toto capite obli-
to oleo spica, post vittā operto &
per totam noctem relicta, mane au-
tem abluto lixivio decoctionis spicae
seu lavendulae, omnes mortui &
profugi.

De Sphacelo affectis, quibus crura resecta.

OBSERVAT.

Nemo mortalium tam ex-
celsi gradus, quin despica-
tissimis ac vilissimis mor-
bis sit obnoxius ac subje-
ctus. Fridericus III. Imperator ni-
mio melonum esu in morbum chro-
nicum incidit, cui in alterutro crure,
Sphacelus successit, id resectum in-
tritus, quæsivit ex altantibus, quid
Cæsar differret à rusticō, responsum
ipse subjecit, Rusticum sanum, Cæ-
sare ægrotō, multo esse feliciorem.
Liber annectere historiam ridicu-
lam de quodam JC. cui alteruter pe-
dum, ob præviam gangrenam serrâ

erat ademptū, & in hujus vicem
alius ex arte tam artabre factus, o-
crea opertus, truncō alligatus, ut sat
commodè circa Scipionis adminicu-
lum, incederet, nemine, nī ejus rei
gnaro, vitium animadyertente, cum
ad fallendam ancillam nesciam, ut
ocream deraheret, ei imperasset, so-
lutis prius ligamentis, & illa mani-
bus arrepto pede, sat validè traxi-
set, rata, esse genuinum, non facti-
tum, isto in manibus relicto, perter-
rita & humili prostrata, in lipothy-
miam incidit gravissimam, ut poenè
examinita.

De Maleficiatis.

OBSERVAT. I.

*De casu Pueri novennis maleficiati admiratione
digno.*

Cum